



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

I. Kaiser Lothar ermäßigt auf Antrag des Markgrafen Albrecht die Elbzollabgaben zu Tangermünde, Mellingen und Elbey zu Gunsten der Magdeburgischen Kaufmannschaft, am 16. August 1136.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

XII.

S t a d t C a n g e r m ü n d e .

I. Kaiser Lothar ermäßigt auf Antrag des Markgrafen Albrecht die Elbzollabgaben zu Tangermünde, Mellingen und Elbey zu Gunsten der Magdeburgischen Kaufmannschaft, am 16. August 1136.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Lotharius divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Justum est et omnino Imperialem decet munificentiam fideles suos semper in his, que iuste petierint, exaudire, ut per hoc ex devotis devotiores et ad omnia reddantur promtiores. Proinde omnium fidalium nostrorum tam futurorum quam presentium noverit industria, qualiter illustris vir Marchio Adelbertus per interventum dilecte nostre Richenze hoc apud nos obtinuit, ut Magdeburgensibus partes theolonei remitteremus et temperaremus in his locis, in quibus ultra modum gravabantur. In singulis itaque locis, quantum pro theoloneo debeant, ex decreto principum ipsis determinantes statuimus, videlicet in Elueboye de maxima navi tres solidos, de duabus mediocribus navibus copulatis decem et octo denarios, et de una navi minori solidum unum, de navicula sex denarios perfolvant: in Mellinge de maxima navi decem et octo denarios, de duabus copulatis undecim denarios et minori navi sex denarios, de navicula tres, de minima autem duos tantum perfolvant: in Angermunde de maxima navi sex solidos, de duabus copulatis tres solidos, de una minori quatuor solidos, de navicula solidum unum, de minima vero quatuor denarios perfolvant. Hec itaque Imperiali nostra autoritate confirmantes precipiendo jubemus, ut in his concessis prefatos mercatores nullus Archicappellanus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nulla denique magna parvaque persona inquietare presumat. Si quis vero contra hoc, quod non credimus, venire presumpserit, sex libras auri, medietatem Camere nostre et medietatem Marchioni et ipsis componat mercatoribus. Quod ut verius credatur, et ab omnibus diligentius custodiatur, presentem cartam inde sigilli nostri impressione insigniri iussimus, adhibito sufficienti testimonio Archiepiscoporum Conradi Magdeburgensis, Adalberti Moguntinensis, Adelberonis Bremensis; Emericonis Wirtzeburgensis, Odalrici Constantiensis, Mengeti Merseburgensis, Ansehelmi Havelbergensis, Buggonis Wratislaviensis Episcoporum, scitu quoque prefati Marchionis Adelberti et Marchionis Conradi, Ottonis de Rinegge, Comitis Siffredi de Bamberg, et aliorum plurimorum majorum et minorum.

Signum Dni. Lotharii III. Romanorum Imperatoris invictissimi.

Data anno incarnationis Dominice millesimo centesimo trigesimo sexto, decimo septimo calendis septembris, indictione decima tertia, anno vero regni Regis Lotharii undecimo, imperii tertio. Actum Wirtzeborg, in Christi nomine feliciter Amen.

Nach alter Copie.

Hauptth. I. Bd. XVI.